



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

Cap. IIII M. LVTH. IN IONAM

cta, modo sufficient. Allegoriæ nunc etiam nobis  
tractandæ restant, quarum potissimum tres sunt.

P R I M A.

**Allego**  
**rie Io-**  
**ne.** Iona hebraice columbam significat. Porrò in no-  
uo Testamento columba spiritus sancti speciem ge-  
rit Luce. 3. & Iohan. 2. & maxime manifestus spiri-  
tus sanctus, qui datus est ut Christus in uniuerso  
mundo per Euangelium nunciaretur, ut Iona suo  
nomine typus sit & figura spiritus sancti & officijs  
eius, puta Euangeli. ut & Apostoli & Conciona-  
tores, etiam Iona & columba esse debeant, id est,  
spiritu sancto duci, neq; quicquam ex se, uel dice-  
re unquam uel facere quemadmodum & ipse Chri-  
stus Matth. 10. discipulis suis & columbarum sim-  
plicatem, & serpentium sollertia præcipit atq;  
commendat, quo uoluit, ut uerbum Dei pure citra  
ullam humanam additionem, simpliciter docerent,  
uti spiritus sanctus dederit. atq; ut nemini, uel opere  
uel doctrina imponerent.

Nineue hebraice, pulchram aut formosam so-  
nat, perinde ac magnifice extructa ciuitas, pulchra  
est. Mundum significat, qui in diuitijs suis, uolupta-  
te, sapientia, fortitudine, uiuit & fertur, pulcherri-  
me & speciosissime. Cæterum sub ijs peccatum so-  
lum & abominatione coram Deo existunt. Quod  
uero

## ALLEGORIAE.

Uero uerbum audit & suscipit, ieiunat, saccis uestit, & in cinere sedet, significat, Verbum Dei frumentum ferre, ita ut omnia mundi pulcherrima subuerat, & efficiat ut sanctimoniam suam, fortitudinem, diuitias, uoluptatem, honores & facultates, pro pecato, imbecillitate, paupertate, naufragio, dedecore, damnatio, ducat ac penitus contemnat. Atque hoc uere est sedere in cinere, saccis uestire, hoc est castigare, domareque carnem.

Quod uero Iona ex terra Israeli in remotam adeo regionem mittitur. indicat, & spiritum & uerbum Dei olim a Iudeis transferendum ad Gentes, ut & Christus Matth. 23. ait. Amen dico uobis auferetur a uobis regnum, tradeturque Gentibus, quae fructum inde ferent, &c. Quod uero fugit ac tanta in mari perficit, crucem & persecutionem demonstrat, quae in mundo Euangelio se se obuiam praebent. ut appareat, quasi fugiat, interire uelit ac oino perdi. Tam imbecille uidetur coram oculis nostris mundi comparatum dominatui. Propterea, quod iij, quibus ea functio delegata est, profugi, hoc est infirmi uilesque homines sint. Mare, id est mundus, magnus & potens est, suo cum furore & saevitia. Praetera & bella marina illa, fauibus & dentibus suis horribilis est, hoc est, Mundus principes & Deus, Satan, horrendus

i rendus

## A L L E G O

rendus est, per duces suos & heroes mactando &  
occidendo, &c. Attamen Iona Dei uirtute conserua-  
tur efficaciter, neq; ministerium eius, siue prædica-  
tio, sua ipsius fuga, nec maris turbulentia impediri  
potest, Cæterum omnia pertransit aduersa, & per-  
uenit usque Nineue. Sic, etiam si præcones Verbi  
Dei infirmisint, & mundus potentissimus, adhuc  
tamen Verbum Dei, sanctum Euangelion, multo est  
potentius, ad finem usq; peruenit, & nulla re impe-  
ditur. Et si omnis Verbi Dei præconcs deglutiuntur  
deuorentur ue, nihil minus tamen cursum suum  
constantissime scruat, & in mundum eò latius spar-  
gitur, quo subuertat eundem ut uidemus in Aposto-  
lis factum esse. Atq; hoc in nostri fit consolationem,  
ne & nos præ mari, adeoq; pisci immaniterrefia-  
mus, certi, quod tum uerbum, tum Euangelion no-  
strum ijs omnibus fortiora sint.

## SECVNDA ALLEGORIA

De spirituali perseguitione est, quo modo se-  
cum peccatore res habeat. quando spiritu moritur  
& reuiuiscit, hoc est, quando iustificari & à pec-  
catis liberari debet. Id enim sic fit. Principio pecca-  
tum sese offert in quod per Adæ inobedientiam oës  
prolapsi sumus, quod & maius & peius proprie-  
nostra culpa & inobedientia reddidimus, aq; con-  
speciu-